Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Mauritii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

Visual Library

debuiſſe. Nihil hiſce apud Albertum agebatur, † ſed cujus præmatura mors (a) omnia invertit.

Albertus moritur.

V.

Poſt hanc priſtinos animos aſſumpſit Erfordia, neceſſitudine Saxonum, & Moguntiæ cum Alberto extinctâ, & ſtabilitâ protectorio fœdere invidiâ. Nil Bertholdo ſucceſſori de rerum agendarum peritiâ deerat, noveratque jam technas Erfurtenſium ab Amerbacenſibus actis, quibus ab Alberto fuerat præfectus. * Cum ad † collectas Imperii tertiam Electoratûs quotam conferre nollent, ipſe Cæſareâ ſententiâ coëgit. * Senatus civibus gravis omnis generis onera adinvenit. Præcipuè pani & potui vectigal indixit, nec in molendinis, niſi emptâ prius licentiâ, frumenta admittebantur. Prohibuit Archiepiſcopi Sigillifer, ne Cleri molendina teſſeras Senatus attenderent, ſed cuicunque venienti operam impertirentur. Petrenſis (b) Abbas potiſſimum detrimenti paſſus, vectionem braſii longo tempore intermiſit.

* MCCCCLXXXVII.

Succeſſori Bertholdo cum Erfurtenſ. lites.

* MCCCCXC.

VI.

Supererant † & cum Saxonibus tricæ: nec enim hos minus Erfordia quam Moguntiam oderat, aut metuebat, hac jure illis potentiâ inviſis. * Igitur ut Saxones placaret, de controverſiis aliquibus ſopiendis Vinariæ conventum eſt. Præcipu-

Lites Erfordiæ cum Saxonicis de re nummaria.

*MCCCCXCII.

(a) Serarius *in Alberto Adminiſtratore.*

(b) *MS. Chronicon Petr.*